



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Baptiste Mantuani vatis presta[n]tissimi diuinu[m]  
secu[n]de Parthenices opus**

**Baptista <Mantuanus>**

**Colonie, 1519**

Kolophon

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71304)

Transferat. exanimis aliud quod tolleret artus  
Insolita noua luce dies in nocte refulsit  
Atque repentinum subito cum lumine fulgur  
Emicuit. ceu cum frangit caena nubila fulmen  
Cum grauis ardentem succedit Julius estum  
Euolat attonitus lictor. trepidique ministri  
Corripuere fugam. Toto symphonia celo  
Spargitur. et mixta uocum dulcedine carmen  
Astra petit. sensimque abiens discedit ab aere.  
Uisumque per celi tractus ascendere nubes  
Lucida. persimilis soli. lucentior astro  
Luciferi. et claro rutilantem lumine caudam  
Ducere et ignifero ferri ultra sidera cursu.  
Et caput insertare polo. patuere tonantis  
Atria. curuatus leto pater obuia vultu  
Brachia diffundens reduci dedit oscula nate.  
Et triplici claram radiauit sidere frontem.  
Altera spirituum legio collegit ab hortis  
Balsama iudeis. aloes. myrrumque liquorem.  
Ablutosque vadis artus. et odoribus unctos  
Aereum per iter rubri trans equora ponti  
In montes arabum summeque cacumina sine  
Transiit. et corpus pario clausere sepulchro  
Quod superum fecere manus. Opobalsama semper  
Marmor. odoratum sudat. quibus egra iuuantur  
Corpora. difficiles isto ceromate morbos  
Indigene pellunt. sacros Alabastra liquores  
Atque salutare lachrymas. oleique fluentis  
Accipiunt guttas. membris honor iste sepultis.

¶ Secunde parthenices opus diuinum Coloniae impressum in edito Quetelianis. Anno natiuitatis dominice. M. cccc. xij.

*Handwritten notes in brown ink at the top of the page, including a large flourish and some illegible text.*

*Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.*

*34 Bl.*